

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Avli Gellii Noctivm|| Atticarvm Li-||bri Vnde vi||ginti**

**Gellius, Aulus**

**Venetiis, 1515**

Liber XIII.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-724024](#)

A · GEL.

Quām maxime cēlatim poterat in insidijs suos dispa  
nit. Item alio in loco. Nos una ēstate in Asia, et Gra  
cia literis gesta, idarō continentia mandauius, ru  
uellicatim, aut saltuatim scribēdo, lectorū animos im  
pediremus.

A V L I G E L L I I N O C T I V M A T T I C A

R V M C O M M E N T A R I I .

L I B E R X I I I .

Inquisitio uerborum istorum M. Tullij curiosior, que  
fuit in Libro primo Antonianarū. Multa autem im  
pendere uidentur præter naturam ēt, præterq; fa  
tum, tractatumq; anidem duo ista significant fatum,  
at q; naturam, an diuersum. Caput I.

Cicero in primo Antoniarū ita scri  
ptum reliquit: Hūc igitur ut seque

M

rer properauit: quem præsentes non  
sunt secuti. Non ut proficerem aliqd  
(neq; enim sperabam id, nec pre  
stare poteram) sed, ut siqd mihi humanitas accidisset  
(multa autem impendere uidentur, præter naturam  
etia, præterq; fatum) huius diei uocem, testem Reip  
relinquerem, meæ perpetuæ erga se uolūtatis. Pre  
ter naturam inquit, præterq; fatum. An utrumq; id  
uolere uoluerit, Fatum, Atq; naturam? et duas res  
αὐθ' ἐνδέπονει μέντος πεπρωμένην, καὶ φύσην; An ne  
ro diuiserit, separaritq; ut alios casus natura ferent?



deatur, alios fatum: consyderandum equidem puto.  
Atq; id maxime requirendum, qua ratione dixerit,  
acidere multa humanitus posse præter fatum: quan-  
do sic ratio, et ordo, et insuperabilis quædam ne-  
cessitas fati constituitur, ut omnia intra fatum clauden-  
da sint. nisi illud sane Homeri secutus est.

μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον ἀδός εἰσαφίνησι.

Nihil autem dubium est, quin uiolentam, et inopi-  
natam mortem significauerit: quæ quidem potest re-  
deuideri acidere, præter naturam. Sed cur id quoq;  
genus mortis extra fatum posuerit: neq; operis huius  
est explorare, neq; temporis. Illud tamen non præter  
mittendum est: quod virg. quoq; id ipsum, quod Cicero  
de fato, opinatus est: cum hoc in quarto libro di-  
xit de Elisa: quæ mortem per uim potita est.

¶ Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.

Tanquā in faciendo fine uitæ, quæ uiolenta sunt:  
non uideantur è fato uenire. Demosthenis autem uiri  
prudentia pari, atq; facundia prædicti, uerba idem fe-  
re significativa de natura, atq; fato M. Cic. secutus ui-  
detur. Ita enim scriptum est in oratione illa egregia,  
 cui titulus est περὶ σεφάνων, οὐ μὲν τοῖς γονεῦσιν  
μίζων μονον τετεννυθεῖ τὸν τῆς ἐμαρμένης καὶ τὸν  
ἀστοματον, βάρατον περιμένει. οὐ δὲ καὶ τῇ πατρίδι υ-  
πὲρ τῷ μὴ τάστιν ἐπιδεῖν δελόνυσσαν. ἀπὸ θύνοκεν ἐ-  
βελίσσι. Quod Cicero fatum, atq; naturam uide-  
tur dixisse, id multo ante Demosthenes τὸν πεπρω-  
μένην καὶ τὸν αστοματον βάρατον appellauit. ασ-  
τοματος enim βάρατος quasi naturalis, et fata-  
lis, nulla extrinsecus ui coactus uenit.

A. GEL.

super poetarum Pacuij, & Accij colloquio familiari in oppido Tarentino.

Caput

II.

vibus otium, & studium fuit uita, aetates doctorum hominum quærere, aetate moriae tradere: de M. Pacuilio, & L. Aen tragicis poetis historiam scripsérunt huiuscemodi. Cum Pacuuius inquit, grandi iam aetate, & duto corporis morbo adfectus, Tarentum ex urbe Roma concessisset: Atius tunc haud paruo iunior proficens in Asiam, cum in oppidum uenisset: diuenter ad Pacuuum, comiterq; in uitatus, plus culisq; ab aliis diebus retentus, tragœdiam suam, cui Atreus nomen est: desyderanti legit. Tum Pacuuum dixisse audiunt, sonora quidem esse, quæ scripsisset, & gratia: sed uideri ea tamen sibi duriora paulum, & acerbiora. Ita est inquit Atius, uti dicas. Neq; id sane me pœnitet. Meliora enim fore spero, quæ dei apscribam. Nam quod in pomis est, itidem inquit, efficiunt in ingenij: quæ dura, et acerba nascentur: possunt mitia, & incunda. sed quæ gignuntur statim quieta, & mollia, atq; in principio sunt uiuida: non matura mox fiunt, sed putria. Relinquendum igitur uisum est in ingenio, quod dies, atq; aetas mitificat.

An uocabula, haec, necessitudo, & necessitas, differenti significatione sint.

Caput

III.



I su prorsus, atq; ludores digna est: cum ple  
riq; grammaticorum adseuerant, necessitu  
dinem, et necessitatem, mutare longe, dif  
ferrebat. Ideo quod necessitas sit ius quæpiam pre  
mens, et cogens: Necessitudo autem dicitur ius quod  
dam, et vinculum religioæ coniunctionis. Idq; u  
num solitarium significet. Sicut autem nihil quic  
quam interest, suavitudo dicas, an suauitas, sanctitu  
do, an sanctitas, acerbudo, an acerbitas, acritudo,  
an quod Actius in Neoptolemo scripsit, acritas: ita ni  
hil rationis dici potest: quin necessitudo, et necessitas  
separentur. Itaq; in libris ueterum uulgo reperias  
necessitudinem dicit pro eo, quod necessum est. Sed neces  
sitas sane' proiure, officioq; obseruantiae, adfinitatis'  
ne infrequens est. Quanquam qui ob hoc ipsum ius  
adfinitatis, familiaritatis ue coniuncti sunt: necessa  
rij dicuntur. Reperi tamen in oratione. C. Cæsar is,  
qua plautiam rogationem suasit: necessitatem dicta  
pro necessitudine, id est iure adfinitatis. Verba hæc  
sunt. Evidem mihi uideor pro nostra necessitate,  
non labore, non opera, non industria defuisse. Hoc  
ego scripsi de utriusq; uocabuli indifferentia, admo  
niuit forte uerbi istius, cum legerem sempronij A sel  
lionis ueteris scriptoris quartum ex historia librum,  
in quo de P. Africano Pauli filio ita scriptum est.  
Nam se patrem suum audisse dicere L. Aemilium  
Paulum, nimis bonum imperatorem signis collatis  
desertare, nisi summa necessitudo, aut summa ei oc  
casio data esset.

A. GEL.

Olympiadis Alexandri matris, comis ac prudi  
ad filium rescriptio. Caput III.

N plerisq; monumentis rerum ab Alexo  
dro gestarum, et paulo ante in libro  
Varronis, qui inscriptus est O restes yele  
insania, Olympiadem Philippi uxore festiuissime  
scripsisse legimus Alexandro filio. Nam cum ius admo  
trem ita scripsisset. Rex Alexander Louis Hamm  
nis filius Olympiadi matris salutem dicit. Olympia  
ei rescripsit ad hanc sententiam. Amabo inquit  
fili quiescas: neq; deferas me, neq; criminere aduers  
sum i unonem. Malum mihi prorsum illa magnu  
dabit: cum tu me literis tuis pellicem illi esse confi  
ris. Ea mulieris scite, atq; prudentis erga ferocem fi  
lium comitas sensim, et comiter admonuisse eum si  
sa est: deponendam esse opinionem uanam, qua ille in  
gentibus uictorijs, et adulantium blandimentis, et  
rebus supra fidem prosperis imbiberat: genitum si  
sese de Ioue.

De Aristotele, Theophrasto, et Menedemo philo  
sophis, deq; eleganti uerecundia Aristotelis suae  
rem diatribae suae diligentis. Caput V.

Aristoteles philosophus annos iam fere na  
tus duo et sexaginta, corpore agro, adfe  
ctoq; ac spe, uitiaq; tenui fuit. Tunc omnis  
eius sectatorum cohors ad eum acedit, orantes, obse  
crantesq; ut ipse deligeret loci sui, et magisterij fac  
cessorem



cessorem. quo post summum eius diem perire ut ipso  
uerentur ad studia doctrinarum complenda excole= =  
dāq; quibus ab eo ibuti fuissent. Erant tunc in eius  
ludo boni multi: sed præcipui duo Theophrastus, &  
Menedemus, ingenio ij, atq; doctrinis cæteros præsta= =  
bant. Alter ex insula Lesbo fuit. Menedemus autem  
Rhodo. Aristoteles respondit facturum esse quod uel  
lent: cum id sibi foret tempestivum. Postea a breui tem= =  
pore, cum ijdem illi, qui de magistro destinando pe= =  
tierant: præsentes essent: v inū ait, quod tum biberet,  
non esse id ex ualeudine sua, sed insalubre esse, atq;  
asperum, ac propterea quæri debere exoticum, uel  
Rhodium aliquod, uel Lesbium. Id sibi utrumq; ut  
curarent, petiuit. v surumq; eo dixit, quod se magis  
iuisset. Eunt. curant. inueniunt. adferūt. Tum Ari= =  
stoteles Rhodium petit, degustat. Firmum inquit, her= =  
cet uinum, et iucundum. Petit mox Lesbium, quo i= =  
tem degustato, utrumq; inquit, oppido bonum: sed  
iδιων ὁ λεσβιος. Id ubi dixit: nemini fuit dubium,  
quin lepide simul, & uerecunde, successorem illa no= =  
nisi, non uinum delegisset. Is erat e' Lesbo Theo= =  
phrastus, homo suauitate insigni, linguae pariter, atq;  
uite. Itaq; non diu post Aristotele uitæ defuncto ad  
Theophrastum omnes concesserunt.

Quid ueteres latini dixerunt, quas græci προ= =  
ωνίας appellant. Et item quod uocabulum barba= =  
rismi non usurpauerint neq; Romani antiquiores,  
neq; Attici.

Caput

VI.

Z

A. GEL.

Vas græci προσωδίας dicunt: eas uer-  
q res docti, tum notas uocum, tum moderam-  
ta, tum accentu uoculas, tum uoculationes ap-  
pellabat. Quod nunc autem barbari  
loqui dicimus: id uitium sermonis, non barbarum  
se, sed rusticum, & cum eo uitio loquentes, rusticis  
qui dictabant. P. Nigidius in commentariis gram-  
maticis, Rusticus fit sermo inquit, si adspires per-  
ram. Itaq; id uocabulum, quod dicitur vulgo batu-  
rismus, qui ante diui Augusti ætatem pure, atq; in  
gre locuti sunt: andixerint, non dum equidem in-  
ueni.

Diuersum de natura leonum dixisse Homerii  
carminibus, & Herodotum in historiis.

Caput

VII.

Eænas inter omnem uitam semel paro-  
eoq; uno partu nunquā edcre plures, q  
unum Herodotus in tertia historia so-  
ptum reliquit. Verba ex eo libro hæc sunt.  
η δὲ λέουνα, ἐὸν ῥχυρότατον καὶ θραυστάτατον, ἀπα-  
τώ βιώ τίκτεται. ἐντίκτοσα γαρ συνενθάλλεται τὰ τέκ-  
τας μύτρας. τὸ δὲ αὐτιον τούτα, τοῦτο δὲ, ἐπειδή  
σινύμνος ἐν τῇ μύτρῃ ἐὼν ἀρχιται διακινούμενος  
δὲ ἔχων ὄνυχας θυρίων πολλὸν πάντων ὁ γυνάτου  
μύαται τὰς μύτρας. αὐξανόμενος δὲ πολλῷ μᾶλλον  
ἐγινέεται παταχράρων πέλας τε δὲ ὁ ὄτονος ἐστι,  
τὸ παράπταν λείπεται αὐτέων ὑψὲς δέν.

Homerus autem leones (sic enim foeminas quoque  
rili genere appellat,) quod grammatici επικοι,  
uocant, plureis gignere, atq; educare catulos dicit.



versus, quibus hoc aperte demonstrat: hi sunt.

εἰσιν ὡς τίς τε λέων περὶ δῖοι τέκεσιν  
ώρατε νυκτιάσοντι. συναντήσονται ἐν ὑλῃ  
κύδης ἐπαντίπερ.

Item alio in loco idem significat.

τυκτὰ μάλα σενάχων ὡς τε λίσ ἡγένειος  
ώραθνπὸ σκύμνους ἐλαφίβολος ἀρπασεν ἀνὴρ  
ὑλης ἐν πυνινῦ. ο δέ τἀχνιται ὑσερος ἐλθῶν  
τολλὶ δέ τἀγνεέπηλθε μετ' ἀνέρος ἵλιερανῶν  
ἴτοιεν ἐξ ὑροι μάλα γὰρ δριμὺς χόλος ἀρε.

Ea nos dissensio, atq; diuersitas cum agitaret incli-  
tissimi poctarum, & Historicorum nobilissimi: plae-  
cit libros Aristotelis philosophi inspici: quos de ani-  
malibus exquisitissime composuit. in quibus quod su-  
per ista re scriptum inueniremus: cum ipsius Aristoteli  
uerbis in his commentarijs scriberemus. Verba  
Arist. hæc sunt ex lib. de historia animalium. VI.  
λέων δὲ ὅτι μὲν ὁ χάρις ὁ πισθεν καὶ ἐστιν ὁ πισθερητι-  
κός. ἔριται πρότερον, ὁ χάρις δὲ καὶ τίκτει οὐ πᾶσαν  
ὤραν, καθ' ἕκαστον μέν τοι ἐνιαυτὸν τίκτει μὲν δῶν τῷ  
ἱερος, τίκτει δὲ ὁστεπιτοπολὺ δύω. τὰ μέν τοι πλεῖστα  
ἴξ. τίκτει δὲ ἐνιότε καὶ ἔν. ο δὲ λεχθεὶς μῦθος περὶ τῷ  
ἰβάλλειν τὰς ὑσέρας τίκτοντα, λιρώδης ἐστιν. συνετέ-  
θι δὲ εἰ τοῦ ασάνιος ἔναι τοὺς λέοντας. ἀποροῦντος  
τὴν μάτιαν τοῦ τὸν μῦθον συνθέντος. ασάνιον γὰρ τὸ  
ἔνος τὸ τῶν λέοντων. καὶ οὐδὲ ἐν πολλῷ γίνεται τὸ  
τῷ. ἄλλῃ τῆς δύρωπης ἀπάσις ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ ἀ-  
χελώνα καὶ τοῦ νέσος ποταμῶν. τίκτει δὲ καὶ ὁ λέων  
τάνυ μηρὸς ὅτως. ὡς τε δι μηναῖοντα μόλις βαδί-  
ζει. οὐδὲν συρίᾳ λέοντες τίκτοσι πεντάκις. τοπρῶτον

A. GEL.

πέντε. εἴτα ἦτι ἐλάσσονα. μετὰ δὲ τῶντα ὑπέτι  
τίττουν. ἀλλὰ οὐκονοι πιστελοῦσιν. οὐκέχρη δὲ ἡλέων  
χάτιν ἀλλὰ ἄρριν λέων. βάλλει δὲ ὁ λέων τοὺς κυνούς  
δοντας καλεῖ μένους τετταρες μόνους. δύο μὲν ἄνθρωποι  
δύο δὲ κάτωθεν. βάλλει δὲ ἐξάμινος ὃν τὸν ἡλίου

Quod Afranius poeta prudenter, et lepide sapientiam filiam esse usus, et memoriae dixit.

Caput

VIII.

A xime hoc, atq; uerissime Afranius post de gignenda, comparandaq; sapientiam natus est, quod eam filiam esse usus, et moriae dixit. Eo nanq; argumento demonstrat: quipiens esse rerum humanarum uelit: non libris solum, neq; disciplinis rhetoricis, dialecticisq; opus esse: sed portere eum uersari quoq; exerceriq; in rebus communibus noscendis, periclitandisq;. eaq; omnia alta, euenta firmiter meminisse. Et proinde sapere, ac consulere ex ijs, quae pericula ipsa rerum docuerunt. quae libri tantum, aut magistri, per quasdam iniurias uerborum, et imaginum, tanquam in mimo, in somnio delectauerint. Versus Afranius sunt in gratia, cui sellae nomen est.

» Usus me genuit, mater peperit Memoria.

» οὐφίαν uocant me Grai, uos sapientiam.

Item uersus est in eandem ferme sententia Pacini, quem Macedo philosophus uir bonus familiarius uis scribi debere censebat pro foribus omnium plorum.



Ego dodi homines ignava o pa, et philosopha sentētia.  
Nihil enim fieri posse indignus, neq; intolerantius  
dicebat, qd homines ignavi, ac desides, operti bar  
ba, & pallio, mores & emolumēta philosophiæ, in  
linguae uerborumq; artes conuerterent: et uitia facun  
dissime accusarent, intercutibus ipsi uitij madentes.

Quid Tullius Tiro in commentarijs scripserit de  
suculis, et hyadibus, quæ sunt stellarum uocabula.

Caput IX.

Vllius Tiro M. Ciceronis alumnus, et liber  
tus, adiutorq; in literis studiorum eius fuit.  
Is libros complures de usu, atq; ratione lin  
gue latine, Item de uarijs, atq; promiscuis quæstio  
nibus composuit. In ijs esse præcipui uidentur, quos  
græco titulo ταῦδες libros inscripsit, tanquam  
omne rerum, atq; doctrinarum genus continentis.  
ibi de ijs stellis, quæ appellantur suculæ, hoc scriptū  
est. Adeo inquit ueteres Romani literas græcas nesci  
erunt: et rudes græcæ lingue fuerūt: ut stellas, quæ  
in capite Tauri sunt: propterea suculas appellant:  
quod eas βάδας græci uocant. tanquam id uerbum  
latinum græci uerbi interpretamentum sit: quia græ  
æ uerbi sues latine dicantur. Sed βάδας in  
quit, οὐν ἀπὸ τῶν βάδων, ita ut nostri opici  
putauerunt: sed ab eo, quod est βέρι, appellan  
tur. Nam & cum oriuntur: & cum occidunt, tem  
pestates, pluuias, largosq; imbres cident. Pluere au  
tem græca lingua βέρι dicitur. Hæc quidem Tiro  
in Pandectis. Sed enim ueteres nostri, nō usq; eo opici

A·G·E·L.

¶ agrestes fuerunt, ut stellas hyadas idcirco socalas nominarent, quod uestes latine sues dicantur, sed ut quod græci ὑπέρ, nos super dicimus: quod illi ὕπλιος, nos supinus: quod ὑφορβὸς, nos subcalos: quod item illi ὑπός nos primo syphnus, deinde per græce, latineq; o. literæ cognationem, somnus: sic quod ab illis ὑάδες à nobis primo syades, deinde scutulæ appellatæ. Stellæ autem istæ nō in capite Tauri sunt: ut Tiro dicit (Nullum enim uidetur præterea stellas Tauri caput) sed eæ ita circulo, qui Zodiacum dicitur sitæ, locatæq; sunt, ut ex earum positu species quædam, et simulachrum esse uideatur Tauri apitis, sicuti cæteræ partes, et reliqua imago Tauri formata, et quasi depicta est locis, regionibusq; stellarum, quas græci πλειαδes nos uocamus.

Quid sororis ētu uov dixerit Labeo Antistius, et quid fratri Nigidius.

Caput X.

Labeo Antistius iuris quidem ciuilis disciplinam principali studio exercevit: et consulentibus de iure publice responsitatem cæterarum quoque bonarum artium non expers fuit. Et in grammaticam sese, atque dialecticam, literasq; antiquiores, altioresq; penetraverat. Latinarumq; uocum origines, rationesq; in colluerat. Eaq; præcipue scientia ad enodandos plerosque iuris laqueos utebatur. Sunt adeo libri p[ro]p[ri]i

mortem eius editi, qui posteriores inscribuntur. Quorum librorum tres continui trigesimus octauus trigesimus nonus, & quadragesimus pleni sunt id genus rerum ad enarrandam, & illustrandam linguam latinam conducentium. Præterea in libris, quos ad PRAET. editum scripsit: multa posuit partim lepide, atque argute reperta: sicuti hoc est, quod in quarto, ad editum libro scriptum legimus. SOROR inquit appellata est, quod quasi seorsum nascitur, separaturque ab ea domo, in qua nata est: & in aliam familiam transgreditur. Fratris autem uocabulum. P. Nigidius homo impense doctus non minus arguto, subtiliisque etiis. interpretatur, frater inquit, est dictus, quasi fere alter.

Quem M. Varro iustum, aptumque esse numerum coniuarum existimarit. Ac de mensis secundus, & de bellarijs.

## Caput XI.

Epidissimus liber est M. Varronis ex satyris menippaeis, qui inscribitur, Nescis quid uesper serus uehat. In quo differit de apto coniuaru numero, deque ipsius coniuiij habitu, cultu que. Dicit autem coniuarum numerum inapere oportere a gratiarum numero, & progressi ad musarum, idest profici a tribus, & consistere in nouem. ut cum paucissimi coniuae sunt: non pauciores sint, quam tres: cum plurimi, non plus que nouem. Nam multos inquit, esse non conuenit, quod turba plerique est turbuleta. Et Romæ quidem con-

## A·G E L.

stat, sed et Athenis. nusquam autem plures cubabat.  
 Ipsum deinde conuiuiū constat inquit, ex rebus qua-  
 tuor: & tum deniq; omnibus suis numeris absolu-  
 est: si belli homunculi collecti sunt: si lectus locus: si  
 tempus lectum: si apparatus non neglectus. Nec la-  
 quaces autem inquit, conuiuas, nec mutos legere ope-  
 tet. Quia eloquentia in foro, & apud subsellia: si  
 lentium uero non inconuiuio, sed in cubiculo esse do-  
 bet. Sermones igitur id temporis habendos censem, si  
 super rebus anxijs, aut tortuosis: sed iucundos, atq; in-  
 uitabiles, et cum quadam illecebra, & uoluptatibus:  
 ex quibus ingenium nostrum uenustius fiat, &  
 amoenius. Quod profecto inquit, euueniet: si de id q;  
 nus rebus ad communem uitæ usum pertinenter  
 confabulemur: de q; bus in foro, atq; in negotiis  
 dis loqui non est otium. Dominum autem inquit, ui-  
 uiuj esse oportet non tam lautum, q; sine sordibus.  
 Et in conuiuio legi non omnia debent: sed ea potissimum,  
 quæ simul sint βιωφελη, et delectent. Neq; non  
 de secundis quoq; mensis cuiusmodi esse eas oportet  
 præcipit. His enim uerbis utitur, Bellaria inquit, u  
 maxime sunt mellita: quæ mellita non sunt. n*u*  
 μασιν enim cum τίτα societas infida. Quod va-  
 ro in hoc loco dixit bellaria: ne quis forte in ista u  
 ce hæreat: significat id uocabulum omne mensa se-  
 cundæ genus. Nam quæ τραγή ματα græci, aut τι-  
 ματα dixerunt: ea ueteres nostri bellaria appellau-  
 runt. Vina quoq; dulciora est inuenire in comœdijs  
 antiquioribus hoc nomine appellata, dictaq; esse ea  
 Liberi bellaria.



Tribunos plebis prehensionem habere, uocatio-  
nem non habere. Caput XII.

N quadam epistola Attei Capitonis scri-  
ptum legimus Labeonem Antistitum legum,  
atq; morum Po.Ro.iurisq; cuius doctum  
appriime fuisse. sed agitabat inquit hominem libertas  
quadam nimia, atq; uecors usq; eo, ut D. Augusto  
iam principe, et remp. obtinente ratum tamen, pen-  
suniq; nihil haberet: nisi quod iustum, sanctumq; esse  
in Romanis antiquitatibus legisset. ac deinde narrat  
quid idem Labeo per uiatorem à Tri. ple. uocatus  
responderit. cum à muliere inquit, quadā Tri.PLE.  
aduersum eum aditi Gellianum ad eum misissent:  
ut ueniret: & mulieri responderet: Tussit eum, qui  
missus erat: redire: et Tribunis dicere ius eos non ha-  
bere, neq; se, neq; alium quenquam uocandi. cum mo-  
ribus maiorum Tri.PLE. prehensionem haberent: uo-  
cationem non haberent. Posse igitur eos uenire, et pre-  
hendi se iubere: sed uocandi absentem ius non habe-  
re. cum hoc in ea Capitonis epistola sublegissimus:  
id ipsum postea in M.V arronis rerum humanarum  
uno, & uicesimo libro enarratus scriptum inueni-  
mus. Verbaq; ipsa super ea re Varronis adscripti-  
mus. In magistratu inquit, habent aliij uocationem,  
aliij prehensionem, aliij neutrū. Uocationē ut COSS.  
& cæteri, qui habent imperium. Prehensionem, ut  
TRI.PLE. et aliij, habent uiatorem. Neq; uocationē, neq;  
prehensionem, ut QUEST. & cæteri, qui neq; licito  
rem habent, neque uiatorem. Qui uocationem ha-  
bent, udem prehendere, tenere, abducere possunt, &

A · G E L.

20 hæc omnia, siue ad sunt quos uocant: siue aciri ins.  
20 serunt. TRI. PL. uocationem habent nullam. Neque  
20 minus multi imperiti perinde, atque haberent, et  
20 sunt usi. Nam quidam non modo priuatum, sed eti-  
20 am COS. in rostra uocari iussérunt. Ego III vu-  
20 uocatus à Portio TRI. PLE non iui, authoribus prin-  
20 cipibus, et uetus ius tenui. Item tribunus cum essem,  
20 uocati neminem iussi: neque uocatum à collega pa-  
20 re iniuitum. Huius ego iuris, quod M. Varro tradidit  
Labeonem arbitror uana tunc fiducia, cum priuata  
esset: uocatum à TRI. non esse. Quæ malum autem  
ratio fuit uocantibus nolle obsequi: quos conseruare  
ius habere prehendendi? Nam qui iure prehendendi  
etiam in uincula duci potest. sed querentibus nobis  
quam ob causam TRI. qui haberent summam ar-  
cendi potestatem, ius uocandi non habuerint: illud  
occurrit, quod TRI. PL. antiquitus creati uidetur in  
iuri dicendo, nec causis, querelisq; de absentibus  
noscendis: sed intercessionibus faciendis: quibus pre-  
sentes fuissent: ut iniuria, quæ coram fieret: aran-  
tur. Ac propterea ius ad se uocandi ademptum: quia  
niam ut vim fieri uetarent: assiduitate corū, et pre-  
sentium oculis opus erat.

Quod in libris humanarum M. Varronis scri-  
ptum est, ædiles et QVAEST. Po. Ro. in ius, à priuato  
ad prætorem uocari posse.

Caput XIII.



vm ex angulis , secretisq; librorum, ac ma-  
gistrorum in medium iam hominum , &  
in lucem fori prodissem: quæsitum esse me-  
nimin plerisq; Romæ stationibus ius publice docen-  
tium, aut respondentium, an QVAEST. Po. Ro. ad  
PRAT. m ius uocari posset? Id autem non ex otio  
sa questione agitabatur: sed usus forte natæ rei ita  
erat, ut uocandus esset in ius QVAEST. Non pau-  
ca igitur existimabant, ius uocationis in eum Præ-  
tori non esse: cum magistratus Po. Ro. proculdubio  
esset. Et neque uocari, neque, si uenire nolle: capi,  
atque prehendi, salua ipsius magistratus maiestate  
posse. Sed ego, qui tum assiduus in libris M. Var-  
ronis fui: cum hoc quæri, dubitariq; animaduertis-  
sem: protuli unum & uicesimum rerum humana-  
rum, in quo ita scriptum fuit. Qui potestatem ne-  
que uocationis populi uiritim habent, neque prehen-  
sionis: eos magistratus à priuato in ius quoq; uocat-  
ri est potestas. M. Leuinius ædilis curulis à priu-  
ato ad prætorem in ius est eductus . Nunc stipa-  
ti seruis publicis non modo prehendi non possunt:  
sed etiam ultro summcuent populum . Hoc Var-  
ro, in ea libri parte de ædilibus. supra autem in eo-  
dem libro. QVAEST. neque uocationem ha-  
bere, neque prehensionem dicit. Vtraq; igitur li-  
bri parte recitata in varronis omnes sententiam  
concesserunt: Quæstor que in ius ad PRÆT. uo-  
catus est.



A · G · E · L ·

Verba ex libro Messalæ auguris, quibus docentur  
sunt minores magistratus, & Consulem, Praetorem,  
collegas esse, et quædā alia de auspicijs. Cap. XIII.

O mœrium quid esset augures Pop. Ro. qui  
p libros de auspicijs scripsierunt: istiusmodi sa-  
tentia definierunt. Pomœrium est locus in  
tra agrum effatum, per totius urbis circuitum pos-  
muros regionibus certis determinatus: qui facit finem  
urbani auspicij. Antiquissimum autem pomœrium ab Romulo institutum est: Palatiū montis radice terminabatur. Sed id pomœrium pro incremento REI P. aliquoties prolatum est, et multos, editosq. les circumplexum est. Habebat autem ius profundi pomœriū, qui Po. Ro. agro de hostibus capti au-  
rat. Propterea quæsitum est, ac nunc etiam in qua-  
stione est: quam ob causam ex septem urbis montibus, cum cæteri sex intra pomœrium sint, Aventinus si-  
lus, quæ pars non longinquæ, nec infrequens est: et  
tra pomœriū sit. Neq; id Ser. Tullius rex, neq; Sulla, qui proferēdi pomœriū titulum quæsivit: neq; postea D. Iulius, cum pomœrium proferret: itra effatorum  
bis fines incluserint. Huius rei Messala aliquot annos uideri scripsit. Sed præter eas omnes ipse manu probat: quod in eo monte Remus urbis condenda genita auspicuerit: auesq; irritas habuerit, superatq; in auspicio à Romulo sit. Idcirco inquit, omnesq; pomœrium protulerunt: montem istum excluserint, quasi aubus obscoenis ominosum. Sed de Aventino monte prætermittendum non putari: quod non pri-



dem ego in Elius grammatici ueteris commentario of-  
fendi: in quo scriptum erat, Auentinū antea, sicuti di-  
ximus, extra pomœriū exclusum. Post authore D.  
CLAV. receptum, et intra pomœriū fines obseruatū.  
In dicto COSS. quo edicunt: *Quis dies comitijs cen-*  
*turiatis futurus sit: scribitur. Ex ueteri forma perpe-*  
*tua ne quis magistratus minor de cœlo seruasse uelit.*  
Queritur igitur solet, qui sint magistratus minores. Su-  
per hac re meis uerbis nūl opus fuit: quoniam liber M.  
MESSALÆ auguris de auspicijs primus, cum hoc scribe-  
remus: forte ad fuit: propterea ex eo libro uerba ipsi-  
us Messalæ subscriptissimus. Patriciorū auspicia in du-  
abus sunt potestates diuisa. Maxia sunt COSS. PRAE-  
TO. CENS. Neq; tamen eorum omnium inter se eadē,  
aut eiusdē potestatis, ideo qđ collegæ non sunt CENS-  
COSS. aut PRAET. PRAE. COSS. sunt. Ideo neq;  
COSS. aut PRAET. CENS. neq; CENS. COSS. aut  
PRAET. turbant, aut retinent auspicia. At CENS. in-  
ter se rursus PRAET. COSS. que iter se et uitiant,  
et obtinent. PRAET. & si collega COSS. est, neq;  
PRAET. neq; COSS. iure rogare potest: ut quidē nos  
à superioribus accepimus, aut ante hæc tempora ser-  
natum est. Et ut in commentario. XIII. C. Tuditani pa-  
tit, quia impiū minus PRAET. maius habet COSS.  
& à minore i perio maius, aut à maiore collega roga-  
re iure non potest. Nos his temporibus PRAET. præ-  
tre creare ueterum autoritatem sumus secuti: neq;  
his comitijs in auspicio fuimus. CENS. & que nō eodē  
rogantur auspicio, atq; COSS. & PRAET. Reliquo  
rum magistratum minora sunt auspicia. Ideo illi



A. GEL.

„minores, hi maiores magistratus appellantur. Min-  
„ribus creandis magistratibus Tributis comitijs mag-  
„stratus: sed iustius curiata datur lege. Maiores cent-  
„riatis comitijs fiunt. Ex his omnibus uerbis Messala  
manifestum fit, et qui sint magistratus minores, quamobrem minores appellantur. sed et collegi  
esse PRAET. COS. docet: quod eodem auspicio cru-  
tur. Maiora autem dicuntur auspicia habere, quia  
rum auspicia magistrata sunt, quam aliorum.

Item uerba eiusdem Messalæ differenti, aliud  
esse ad populum loqui, aliud cum populo agere,  
qui magistratus a' quibus auocent comitiatum, capi-  
tis XLI portio. Caput XV.

Dem Messala in eodē libro de minoribus  
magistratibus ita scribit. COS. ab omnibus  
magistratibus, et comitiatum, et con-  
nem auocare potest. PRAET. et comitiatum, et con-  
cionem usquequaq; auocare potest, nisi a' COS. Mi-  
nores magistratus nusquam nec comitiatum, nec con-  
nem auocare possunt, ea re, qui eorum primus uoc-  
ad comitiatum, is recte agit: quia bifariam cum po-  
pulo agi non potest. Nec auocare alius aliij posse:  
concionem habere uolunt: uti ne cum populo agere:  
quamuis multi magistratus simul concionem haben-  
possunt. Ex his uerbis Messalæ manifestū est, aliud  
esse cum populo agere, aliud concionem habere. Nam  
cum populo agere, est rogare quid populū, qd si  
fragis suis aut iubeat, aut uetet. Concionem



tem habere, est uerba facere ad populum sine ul-  
la rogatione.

Humanitatem non id significare, quod uulgaris pio-  
tut: sed eo vocabulo qui sinceriter locuti sunt, magis  
proprie esse usos. Caput XVI.

vi uerba latina fecerunt: quiq; ijs probe  
usi sunt: humanitatem non id esse uoluerūt,  
quod uulgaris existimat: Quodq; a' græcis  
πνευματια dicitur: & si significat dexteritatem  
quandā, benevolentiamq; ergo omnes homines pro-  
miscaū: sed humanitatem appellauerunt id prope-  
modum, quod græca παιδεια uocant: nos erudi-  
tionem, institutionemq; in bonas artes dicimus: quas  
qui sinceriter cupiunt, ad petuntq; ij sunt uel maxi-  
me humanissimi. Huius enim scientiae cura, & di-  
siplina ex uniuersis animantibus, uni homini data  
est. Idarcoq; humanitas appellata est. Sic igitur eo  
uerbo ueteres esse usos, & cum primis M. Varronē,  
M. Tullium omnes ferme libri declarant. Quam  
obrem satis habui unum interim exemplum prome-  
re. Itaq; uerba posui Varronis, è libro rerum huma-  
narum primo, cuius principium hoc est, Praxiteles,  
qui propter artificium egregium, nemini est paulū  
modo humanior i gnotus. Humaniori iquit, non ita,  
ut uulgo dicitur, facili, & tractabili, & beneuolo, tā  
esi rudis literarum sit (hoc enim cum sententia ne  
quaquam conuenit) sed eruditiori, doctiori q; , qui  
Praxitem, quid fuerit, & ex libris, & ex histo-  
ria cognoverit.

A. GEL.

Quid apud M. Catonem significant uerba haec  
inter os, atq; offam. Caput XVII.

Ratio est. M. Catonis Censorij, de aedil. in  
creatibus ex ea oratione uerba haec sunt. n  
ita aiunt in segetibus, et in herbis bona su  
menta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Sepe  
diui inter os, atq; offam multa interuenire posse. V.  
rum inter offam, atq; herbam ibi uero longum re  
uallum est. Erutius Clarus, qui PRAEFEC. urobi  
bis COS. fuit, uir morum, literarumq; ueterumq;  
diosissimus ad sulpitium A pollinarem scriptit, hom  
nem memoriae nostrae doctissimum querere sece  
petere, ut sibi rescriberet: quanam essent eorum u  
borum sententia. Tum A pollinaris nobis presentio  
(nam id temporis ego adolescens Romæ sedabar et  
descendi gratia) rescripsit Claro, ut uiro eruditissi  
muisime. Vetus esse prouerbium inter os, et offam, de  
significans, quod græcus ille παροιμιῶν uersus  
πολλὰ μεταξὺ τέλει κύλινος, καὶ χέλεος ἄντε.

Platonem tribuere Euripi di Sophoclis uersum  
inueniri uerbus ijsdem, aut paucis syllabis  
mutatis, apud diuersos poetas temporibus variis u  
tos. Caput XVIII.

Erus est notæ uenustatis senarius.  
σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ευρουσία.  
Eum uerum Plato in Theætheto Euripi  
esse dicit. Quod quidem nos admodum  
ramus.

ramur. Nam scriptum eum legimus in tragœdia so-  
phoclis: quæ inscripta est, dūas δολόποι. Prior au-  
tem natus fuit Sophocles, quā Euripides. Sed etiam  
ille uersus non minus notus.

ἵπων γέρωντα παιδαγωγήσω σεργώ.

Et in tragœdia Sophoclis scriptum est, cui titulus est,  
φιλοπάτητος, ΕΓ in Bacchis Euripidis id quoq; ani-  
maduertimus apud Aeschylū ἐν τῷ πυρφόρῳ προ  
μήθῃ. Et apud Euripidem in tragœdia, quæ inscri-  
ptæ est ἵπω, eundem esse uersum, absq; paucis syllæ  
bus. Aeschylus sic.

οὐαρτὲ ὄπου δεῖ. καὶ λέγων τὰ μαίρια.

Euripides ita.

οὐαρτὲ ὄπου δεῖ, καὶ λέγειν ἀσφαλέσ.

Fuit autem Aeschylus non breui antiquior.

De genere, atq; nominibus familiæ Portiæ.

Caput XIX.

Vm in domus Tiberianæ Bibliothecæ sede-  
remus, ego, ΕΓ A pollinaris Sulpitius, et qui-  
dam alij mihi, aut illi familiares: prolatus  
forte liber est, ita inscriptus, M. Catonis nepotus. Tū  
queri cœptum est, quisnam is fuisset M. Cato Nepos.  
Atq; ibi adolescentis quispiam (quod ex eius sermoni  
bus coniectare potui) non abhorrens à literis. Hic in  
quit est. M. Cato, non cognomento Nepos, sed M. Ca-  
tonis Censorij ex filio Nepos, qui pater fuit Mar. Caton-  
is prætorij uiri, qui bello ciuili uticæ necem sibi gla-  
dio manu sua consciuit: de cuius uita liber est Mar.  
Ciceronis, qui inscribitur laus. Mar. Catonis: quē in

A

A. GEL.

287  
eodem lib. idem Cicero pronepotē fuisse dicit M. Catonis Censorij. Eius igitur, quem Cicero laudauit, hic fuit M. Cato, cuius orationes feruntur in scriptis M. Catonis Nepotis. Tū A pollinaris (ut mos in reprehendēdo fuit) placide admodum, leniter. Laudo inquit, te mi fili, quod in tantula aetate et si hunc M. Catonem, de quo nunc queritur, quis fuerit ignoras: auditūcula tamen quadam de Catoni familia aspersus es. Non unus autem, sed complures M. illius Catonis Censorij nepotes fuerunt genitū eodem patre. Duos enim M. ille Cato, qui ex oratione CENS. fuit, filios habuit, ex matribus diversis et aetatis longe dispare. Nam iam adolescentiā tero matre eius amissa, ipse quoque iam multum senior Saloniū clientis sui filiam virginem duxit in matrimonium. Ex qua natus est ei M. Cato Salomonam, hoc enim illi cognomentū fuit, a' Salonio patrem tris datum. Ex maiore autē Catonis filio, qui PRÆF. designatus patre uiuo mortuus est: ex egregioribus disciplina libros reliquit: nascitur hic, de quo queritur, M. Cato. M. filius. M. nepos. Is satis vehementior orator fuit: multasque orationes ad exemplum misscriptas reliquit, et CO S. cū Q. Martio REGE fidei. Inquit; eo consulatu in Africam profectus in ea provincia mortem obiit. Sed is, non ita, ut dixisti. M. Cato prætorij viri, qui se ut tice occidit: ex quem Cicero laudauit, pater fuit. Nec quia hic nepos Catonis Censorij, ille autē pronepos fuit, propterea necessarium est patrem hunc ei fuisse. Hic enim nepos, cuius haec modo prolata oratio est: filium quidem maiorem Cato



nem habuit: sed non eum, qui vticæ perijt: sed qui  
cum ædil. curulis, et PRAET. fuisse in Galliā Nar  
bonensem profectus, ibi uita functus est. Ex altero au  
tem uiro Censorij filio longe natu minore, quem sa  
lonianum esse appellatum dixi: duo nati sunt. L. Ca  
to, & M. Cato. Is M. Cato. TRIB. pleb. fuit, & præ  
teram petens mortem obijt, exq; eo natus est M. Ca  
to pretorius, qui se bello ciuili vticæ interemit: de cu  
ius uita, laudibusq; cum M. Tullius scriberet: prone  
potem eum Catonis Censorij dixit fusse. Videtis igitur  
hanc ptem familiæ, quæ ex minore Catonis filio pro  
genita est: non solum generis ipsius tramitibus, sed  
temporum quoq; spatio differre. Nam quia ille Salo  
nianus, i extrema patris ætate, sicuti dixi, natus fuit:  
prognati quoq; ab eo aliquanto posteriores fuerunt,  
quam qui à maiore fratre eius geniti erant. Hanc  
quoq; temporum differentiam facile animaduertetis  
ex hac ipsa oratione, cum eam legetis. Hæc Sulpi  
tius A pollinaris, nobis audientibus dixit: quæ po  
stea ita esse, uti dixerat, cognouimus: cum & lauda  
tiones funebres, & librum commentariorum de fa  
milia porcia legeremus.

Quod a' scriptoribus elegantissimis maior ratio  
habita sit sonitus uocum, atq; uerborum iucundioris,  
quæ à græcis ἀφωνία, dicitur, quā regulæ discipli  
na, quæ a' grammaticis reperta est,

Caput

XX.

A 2

A. GEL.

Nterrogatus est Probus Valerius, quod ex  
familiari eius quondam comperti, has newr-

i  
bis, an has urbes. Et hanc turrem, an ha-  
turrim dici oporteret. Si aut uersum inquit, pang  
aut orationem solutam struis: atque ea uerba dicendi  
sunt; non finitiones illas prærancidas, neque fetidina  
grammaticas spectaueris: sed aurem tuam interrog  
quo quid loco conueniat dicere: quod illa suaserit; si  
profecto erit rectissimum. Tum uis, qui quæsiuerat; qu  
nammodo iquit, uis aurem meam iterrogem? Et En  
bum ait respondisse, quo suam Virgilius perquisi-  
tus est: qui diuersis in locis, urbes, et urbis dixit, en  
trio, consilioque usus auris. Nam in primo Georgico  
quem ego inquit, librum manu ipsius collectum  
urbis per literam scripsit.

Verba e' uersibus eius haec sunt.

- » -Vrbis ne iniurere Cæsar,
- » Terrarumque uelis curam.
- » Verte enim, et muta, ut urbes dicas, insipidius n  
scio quid facies, et pinguius. Contra in. III. Aen-  
dos, vrbes dixit, per e literam.
- » Centum urbes habitant magnas.
- » Hic item muta, ut urbis dicas: numis exilis uox est,  
et exanguis. Tanta quippe iuncturæ differentia est  
in consonantia uocum proximarum. Præterea idem  
Virg. turrim dixit, non turrem, et securim non.
- » Turram in præcipiti stantem.      Et (ari-
- » Incertam excussit ceruice securim.

Quæ sunt (opinor) iucundioris gracilitatis, quam  
si suo utrungque loco per e literam dicas. At ille, quin

terrogauerat ruditus profecto, ex aure a gressi homo,  
cur inquit, aliud alio in loco potius, rectiusq; esse di-  
cas, non sane intilligo. Tum Probus iam commotior,  
Noli inquit, igitur laborare, utrum istorum debe-  
as dicere, urbis, an urbes. Nam cum id genus sis, quod  
video, ut sine iactura tui pecces: nihil perdes utrum  
dixeris. His tum uerbis Probus, et hac fini hominē  
dimisit: ut mos eius fuit ergo in dociles propè incle-  
menter. Nos autem aliud quoq; postea consimiliter  
ad Virgilio dupli modo scriptum inuenimus. Nam  
tres, et tris posuit eodem in loco, ea iudicij subtili-  
tate, ut si aliter dixeris, mutauerisq; et aliquid tam  
men auris habeas: sentias suavitatem sonitus dividere.  
versus ex decimo hi sunt.

Tres quoq; threicos boreæ de gente suprema,  
Et tris, quos idas pater, et patria smara mittit.

Tres hic, tris illic, utrunq; pensiculate, modulateq; re-  
peries suo quicq; in loco sonare aptissime. Sed in il-  
lo quoq; itidem virgiliuversu.

Hæc finis Priami fatorum, simul ut et hic fi-  
nis dicas, durum, atq; abs sonum erit. Respuentq; au-  
res, quod mutaueris. Sicut illud contra eiusdem Virgi-  
lii insuauius facias, si mutes.

Quem das finem rex magne laborum?

Nam si ita dicas, quam das finem? iniucundū nescio  
quo pacto, ex laxiore uocis sonum feceris. Ennius  
item rectos cupressos dixit, contra receptum uocabu-  
li genus, hoc uersu.

Capitibus nutantibus pinos, rectosq; cupressos.

Firmior ei credo, et uiridior sonus esse uocis uisus est

rectos dicere cupressos, quām rectas. Cōtra uero idē  
Ennius in annali duodeuicesimo, aere fulua dicit nō  
fuluo. Non ob id solum, quod Home. & p̄ Barbara  
cit: sed quod hic sonus (opinor) uocabilior est uisus,  
et amoenior. Sicuti etiam M. Ciceroni mollius, teret  
usq; uisum est in quinta, in verrem. fretu scribere  
quām freto. Per angusto inquit, fretu diuisa. Erat enī  
crassius, uastiusq; per angusto freto dicere. Itidem  
secunda simili uisu modulamine. Manifesto peccatu  
inquit, non peccato. hoc enim scriptum in uno, atq;  
in altero antiquissimæ fidei libro Tironiano repe-  
ri. Verba sunt Cicer hæc. Nemo ita uinebat, ut mal-  
la eius uitæ pars, summæ turpitudinis esset expen-  
sæ nemo ita in manifesto peccatu tenebatur: ut cum im-  
pudens fuisset in facto, tum impudentior uideretur,  
si negaret. Huius autē uocis cum elegantior hoc in  
loco sonus, et tum ratio certa, et probata est. hic nō  
peccatus, quasi peccatio, recte, latineq; dicitur. Sicut  
hic incestus, non qui admisit, sed quod admissum est:  
et hic tributus, quod tributum nos dicimus, a plu-  
risq; ueterum dicta sunt. hic quoq; allegatus, et hic  
arbitratus, pro allegatione, proq; arbitratione dicau-  
tur. Quia ratione seruata, arbitratus, et allegatus meo  
dicimus. sic igitur in manifesto peccatu dixit: ut in ma-  
nifesto incestu ueteres dixerunt. Nō quin latinū esse  
peccato dicere: sed quia in loco isto positum subtilius  
ad aurem, molliusq; est. Lucretius &q; auribus infi-  
uiens, funem fœminino genere appellavit, in hisca  
uersibus,

Haud, ut opinor, enim mortalia saecula superne

Aurea de cœlo demisit funis in arua.

Cum dicere usitatus, manente numero posset.

Aureus e' cœlo demisit funis in arua.

Sacerdotes quoq; fœminas M. Cicero antistitas dicit non secundum grammaticam legem antistites. Nam cum insolentias uerborum à ueteribus dictorum plurimq; respueret: huius tamen uerbi in ea parte sonitu delectatus. Sacerdotes inquit, Cereris, atq; illius fani antistite usq; adeo in quibusdam, neq; rationem uerbi, neq; consuetudinem, sed solam aurem seculi sunt, suis uerba modulis pensitantem. Quod qui non sentunt, inquit idem ipse M. Cicero cum de numerosa, et apta oratione differeret: quas aureis habeant, aut quid in ijs honinis simile sit: nescio. Illud uero cum primi apud Homerum ueteres grammatici adnotauerunt: qđ cum dixisset quodā in loco, οὐλοιόυς τε φάπατε, Alio in loco νότηρων τε, sed φαρῶν dixit. τούτων δὲ φάπων νέφος ἐρχεται ἡ οὐλοιῶν. sentis non communem, sed propriam in quocunq; uocis situ iucunditatem. Nam si alterum in alterius loco ponas: utrungq; feceris sonitu insuave.

Verba T. Castritiū rhetoris ad discipulos adolescentes de uestitu, atq; calciatu non decoro. Cap. XXI.

Castritus rhetoricæ disciplinæ doctor, qui habuit Romæ locum principem declamandi, & docendi summa uir authoritate, gratitatemq; & à D. Adriano in mores atq; literas spectatus, cum me præsente (usus sum enī eo magistro) di discipulos quosdā suos senatores uidisset die feriato tu

A·G E L.

nicis, & lacernis induitos, & gallicis calciatos, equidem inquit, maluissem uos togatos esse. Pigitum est ceteros saltem esse, & penulatos. Sed si hic uester huiuscmodi uestitus de multo iam usu ignoscibilis est: soleatos tamen uos Po. R.o. Senatores, per urbis vias ingredi nequaquam decorum est. Non hercle nobis natus, quād illi tum fuit, cui hoc M. Tul. pro turpissime obiectauit. Hæc me audiente Castritius, et quædam alia ad eam rem conducentia romane, & se uere dixit. pleriq; autem ex ijs, qui audierant: requiebant, cur soleatos dixisset, qui gallicas, non soleas haberent? Sed Castritius profecto scite, atq; incornupte locutus est. Omnia enim fermè id genus, quibus planterum calces tantum infime teguntur: cætera pro pè nuda, & teretibus habenis iuncta sunt: soleas distinxerunt. Nonnunquam uoce græca crepidulas. Gallias autem uerbum esse opinor nouum, non diu ante ætatem M. Ciceronis usurpari coepit. Itaq; ab eo ipso positum est in secunda Antoniarū. Cum gallicis inquit, et lacerna cucurristi. Neq; in ea significatione id apud quenquam alium scriptum lego, grauiorius dumtaxat authoritatis scriptorem. sed (ut dixi) crepidas, et crepidulas, pima syllaba correpta id genus calciamentum appellauerunt, quod græci οπνιδιον vocant. Eiusq; calciamenti sutores crepidarios dixerunt. Sempronius A sellio in libro rerum gestarum XIVII Crepidarium inquit, cultellum rogauit a crepidario sutori.



Comprecationes, quæ ritu Romano fiunt Dijs, ex positæ sunt in libris sacerdotum, inter quas Marti Neriensem tribuunt, & quid Neriene, seu Nerio nomen importet.

## Caput XXII.

Omprecationes deorum immortalium, quæ ritu Romano fiunt, expositæ sunt in libris sacerdotum Po. R.o. & in plerisq; antiquis orationibus. In ijs scriptum est Laciām Saturni, Salādam Neptuni, Horā Quirini, Iurites Quirity, Māiam Volcani, Neriēn Iunonis, Molas Martis, Neriēnem quoq; Martis. Ex qbus id, quod postremū posui, sic plerosq; dicere audio, ut primā in eo syllabā prodūcant: quo græci modo dicunt ῥν πέιδας, maris deus. sed qui probe locuti sunt: primam correptam dixerunt tertiam produxerunt. Est enim rectus casus vocabuli, sicut in libris ueterum scriptum est: Nerio. quāquam M. Varro in satyra menippæa, quæ inscribitur οὐαμαχία νελ νριο μαχία non nerio, sed neronies uocatue dicit in his uersibus.

Theanna, & Peranna, Pranda, Celato, Pales,  
Nerienes, Minerua, Fortuna, ac Ceres.

Ex quo nominandi quoq; casum eundem fieri necesse est. Sed nerio à ueteribus sic declinatur quasi Anio. Nam perinde ut anienem, sic nerienem dixerunt, tercia syllaba producta. Id autem, siue nerio, siue nerienes est, sabinum uerbum est. Eoq; significat uirtus, & fortitudo, itaq; ex Claudijs, quos à Sabiniis oriundos accepimus: qui erat egregia, atque præstanti fortitudine, Nero appellatus est. sed id Sabi-



mi à græcis accepisse uidentur: qui uincula, & fir-  
 mamenta membrorum vñpa dicunt. vnde nos quoq;  
 latine neruos appellamus. Nerio igitur Martis uis, &  
 potentia, & maiestas quædam esse Martis demonstra-  
 tur. Plautus autem in truculento, coniugem esse Nerien-  
 Martis dicit. Atq; id sub persona militis in hoc uerso  
 Mars peregre aduenies salutat Nerienē uxorem suis  
 Super ea re audiui non incelebrem hominem dian,  
 nimis comice Plautum imperito, et incondito militis fil-  
 sam, nouamq; opinionem tribuisse, ut Nerienē con-  
 iugem esse Martis putaret. Sed id perite magis, q; a.  
 mice dictum intelliget, qui leget. Cn. Gellius annalem  
 tertium, in quo scriptum est, Hersilia, cum apud T.  
 Tatium uerba faceret: pacemq; oraret: ita precatum  
 esse. Neria Martis te obsecro pacem date, utilitatem  
 ptijs proprijs, & prosperis uti: quod de tui coniugis  
 consilio contigit uti nos itidē integras raperent: unde  
 liberos sibi, & suis posteris, patriæ pararent. Detin-  
 inquit coniugis consilio, Martem scilicet significans, q;  
 quod apparet non esse id poetice à Plauto dictum sed  
 eā quoq; traditionem fuisse, ut Nerio à quibusdā uxor  
 esse Martis diceretur. Inibi autem animaduertendum  
 est, quod Gellius Neria dicit per a literā, non nerio,  
 neq; Nerienes. Præter Plautum etiam, Preterq; Gelliu-  
 lum, Licinius Imbrex uetus comœdiarū scriptorū  
 fabula, quæ Neæra inscripta est: ita scripsit.  
 Nolo ego Neæram te uocent, sed Nerienem.  
 Cum quidem Marti es in connubium data.  
 Ita autem senarij numerus huiusc uersus habet, illa  
 tertia in eo nomine syllaba, contra quād supra di-

stum est: corripienda sit. Cuius sonitus quanta apud  
veteres indifferentia sit: notius est, q̄ ut plura in id  
verba sumenda sint. Ennius autem in primo annali  
in hoc uersu.

Nerienen Mauortis. Et hercle, nisi, quod mini-  
me solet: numerum seruauit: primam syllabam in-  
tendit, tertiam corripuit. Ac ne id quidem præter-  
mittendum puto, cuiusmodi est, quod in commentario  
quodā seruij Claudijs scriptum inueni. Nerio dictum  
quasi neirio, hoc est sine ira, & cum placiditate, ut  
eo nomine nitem, tranquillumq; fieri Martem pre-  
cens. Ne enim particula, ut apud græcos, ita ple-  
rūq; in latina quoq; lingua priuatina est.

M. Catonis consularis, & censorij pulcherrima ex-  
probratio contra philosophantes nomine, & non re-

Caput XXIII.

Cato consularis, & censorius publicis iam,  
priuatisq; opulētus rebus uillas suas mex-  
cultas, & rudes ne tectorio quidem præli-  
tas fuisse dicit: ad annum usq; ætatis suæ septuagesi-  
mū, atq; ibi postea his uerbis utitur. Neq; mihi inq;  
adificatio, neq; uasum, neq; uestimentum ullū est in  
manu pretiosum, neq; pretiosus seruus, neq; ancilla.  
Siquid est inquit, quo utar: utor. Si non est, ego sum,  
autq; per me uti, atq; frui licet. Tum deinde addit,  
uictio uertunt, q̄a multa egeo. At ego illis, q̄a nequeūt  
egere. Hæc mera ueritas Thusculani honinis, egere  
se multis rebus, et nihil tamē cu pere dicentis: plus her



A · G E L.

cle commouet ad exhortandam parsimoniam, suffi-  
nendamq; in opiam: quam græcæ istorum præsig-  
philosophari sese dicentum, umbrasq; uerborum in-  
anes fingentium: qui se nihil habere, & nihil tam  
egere, ac nihil cupere dicunt, cum & habendo, &  
egendo, & cupiendo ardeant.

Quæsitum, tractatumq; quid sint manubia, atq;  
inibi dicta quædam de ratione utendi uerbis plu-  
ribus idem significantibus. Caput XXIII.

N fastigis fori Traiani simulachra sunt  
ta circumundiq; inaurata equorum, atq;  
signorum militarium, subscriptumq; est ex  
manubijs. quærebat Phaorinus, cum in area fori  
ambularet, & amicum suum COS. operiretur: cas-  
tas pro tribunali cognoscetem, nosq; tunc eum secta-  
remur. quærebat inquam, quid nobis uideretur signi-  
ficare proprie manubiarum illa inscriptio. tum quis  
piam, qui cum eo erat, homo in studiis doctrine mul-  
ti, atque celebrati nominis: Ex manubib; inquit, si-  
gnificat ex præda: manubia enim dicuntur præ-  
da, quæ manu cæpta est. Etiam si inquit Phaorinus,  
opera mihi princeps, & prope omnis in literis, dis-  
plinisq; græcis sumpta est: non usq; eo tamen insfe-  
quens sum uocum latinarum, quas subservio, atq; tu-  
multuario studio colo, ut hanc ignorem interpretatio-  
nem uulgariam, quod esse dicantur manubia præ-  
da. sed quæro an M. Tullius uerborum homo dili-  
gentissimus in oratione, quam dixit de lege agraria

ria Calendis Ianuarij contra Rullum, inani,  
et illepida geminatione iunxerit manubias, et præ-  
dam: si duo hæc uerba idem significant: neq; ulla re-  
aliqua dissident. Atq; ut erat Phauorinus e gregia  
quadam, uel diuina memoria, uerba ipsa M. Tullij  
statim dixit: ea nos adscribimus hic, prædam, manu-  
bias, sectionem, Castra deniq; Cn. Pompeij sedente im-  
peratore Xirii uendent. Et infra itidem duo hæc si-  
mul iunctim posita dixit, ex præda, ex manubijs, ex  
auro coronario. Ac deinde ad eum conuertit, qui ma-  
nubias esse prædam dixerat. Et uidetur ne tibi ingt.  
Hroq; in loco M. Cicero duobus uerbis idem, sicuti tu  
putas, significantibus i epte, & frigide esse usus? Ac  
talioco dignus, quali apud Aristophanem facetissi-  
mum comicorum Euripides Aeschylum insectatus  
est, cum ait.

δι τωτὸν ἡ μῆν ἔπειν ὁ σοφὸς αἰχνλος,  
ἢ καὶ εἰς τὸν φυσὶ, καὶ πατέρχομαι.  
ἢ καὶ τωτόν ἐστι τῷ πατέρχομαι.  
ἢ τὸν δὴ ὡς περ ἔπις ἔποι γένονται.  
χρονοὶ μάντραι. εἰ δὲ βύλη οὐρανοῖς.

Nequaquam uero ingt ille, talia uidentur, quale est,  
καὶ πατέρα καὶ κάρδον, quæ a' poetis, uel oratoribus  
grecis, nostrisq; celebrandæ, & ornandæ rei gra-  
tia, duobus eadem pluribus ue nominibus frequen-  
tantur. Quid igitur inquit Phauorinus, ualeat hæcre  
petitio, instauratioq; eiusdem rei, sub alio nomine in  
manubib; & in præda? Num ornat, ut alioqui so-  
let, orationem? Num eam modulatiorem, aptiorem'q;  
reddit? Num onerādi, uel exprobrādi criminis caue

sa, exaggerationem aliquam speciosam facit? Sic in libro eiusdem M. Tullij, qui de constituendo auctoritate est, una eademq; res pluribus uerbis uehemens ter, at q; atrociter dicitur. Sicilia tota si una uocelogia retrur, hoc diceret. Quod auri, quod argenti, quod ornamen torum in meis urbibus, sedibus, delubris, fuit. Nam cum urbes totas semel dixisset: sedes, delubra addidit: quae sunt ipsa quoq; in urbibus. Item in eodem libro simili modo. Siciliā inquit, prouinciam C. Verres per triennium depopulatus esse: sicut orru ciuitates uastasse: domos exinanisse: fana spoliasse datur. Ecqd uidetur, cum Siciliam prouincia dixerit, at q; etiam insuper ciuitates addiderit: domos etiā fana, quae i fra posuit, comprehendisset: uerba haritem multa, at q; uaria depopulatus esse, uastasse, exinanisse, spoliasse. Non' ne unam, et eandem uim in se habent: Sane, sed quia cum dignitate orationis, cum graui uerborum copia dicuntur, quanquam eadem fere' sint, et ex una sententia coariantur: plura tamen esse existimantur: quoniam et aures, et animum saepius feriunt, hoc ornatus genus in crinore uno uocabus multis, at q; saeuis extruendo, ille iam uic M. Cato antiquissimus in orationibus suis celebravit: sicuti in illa, quae inscripta est, de decem homini bus, cum Thermum accusauit: quod decem liberos homines eodem tempore interfecisset: hisce uerbis eadem rem omnibus significantibus usus est. Quae quoniam sunt eloquentiae latinæ tunc primum excoriatis lumina, uerba quædam sublustra, libitum est ea mihi æuo uiri uovauerit. Tuum nefarium facinus pe-

iore facinore operire postulas: suicidas humanas fa-  
cias: decem funera facis: decem capita libera interfici-  
as: decem hominibus uitam eripis indicta causa, in-  
dictatis, indemnatis. Item M. Cato in orationis pri-  
cipio, quam dixit in Senatu pro Rhodiensibus, cum  
uellet res nimis prosperas dicere: tribus uocabulis i-  
dem sentientibus dixit. V erba eius haec sunt. Scio so-  
lere plerisq; hominibus in rebus secundis, atq; pro-  
lixis, atq; prosperis anum exellere, atq; super-  
biam, atq; ferocitatem augescere. Itidem Cato ex ori-  
ginum septimo in oratione, quam contra ser. Gal-  
bam dixit: compluribus uocabulis super eadem re-  
uisus est. Multa me dehortata sunt hic prodire, anni,  
etas, nox, uires, senectus, uerum enim uero cum  
tanta Rem P. agier arbitrarer. Sed ante omnes a-  
pud Homerum eiusdem rei, atq; sententiæ luculen-  
ti exaggeratio est.

Ἴπορα δὲ ιηβελέων ὑπάρχει ζόσ. εἰ τὸ πονίν.  
τὸ ἀρδρούτασίν. εἰθοῦματος. εἰ τὸ πυθόμου.

Item alio in uersu.

Ιούναι τε. μάχαι τε. φόνοι τὸ ἀρδρούτασίατε.  
Nam cum omnia ista utrobiq; multa, et continua no-  
mina nihil plus demonstrent, quam prælium: huius  
tamen rei uaria facies delectabiliter, ac decore mul-  
tis, uarijsq; uerbis depicta est. Neq; non illa quoq; a-  
pud eundem poetam una in duobus uerbis sententia  
cum egregia ratione repetita est. Idæus enim cum in-  
ter Alacem, & Hectorem decertantes armis interce-  
deret, ad eos uerbis usus est.

Μηδὲ τοῦτο φίλω πολεμίζετε μηδὲ μάχεσθον.

In quo uersu non oportet alterum uideri uerbum,  
 idē quod superius significans supplendi numerica  
 sa extrinsecus additum, et consarcinatum. Est enim  
 hoc inane admodū, et futile. Sed cum in iuuenibus  
 gloriae studio flagrantibus peruicaciam, ferociamq;  
 et cupidinē pugnæ leniter tamen, ac placide obu-  
 garet: atrocitatē rei, et culpam perseverādi busi-  
 dem dicendo alio, atq; alio uerbo auxit, iculcauitq;  
 duplexq; eadem compellatio admonitionem facit in-  
 stantiorē. Nec illa quidē eiusdem significationis  
 petitio ignava, et frigida uideri debet.  
 μνησθῆτε δὲ τὴν μάχην θάνατον τε μόρον  
 ἕρτουον. quod bis idē dixerit. Θάνατον καὶ μόρον.  
 Indignitas enim moliendæ tam acerba, tamq; ini-  
 sta necis, miranda mortis iteratione defleta est. Cat-  
 rum quis tam obtuso ingenuo est: qui non intelligat  
 πολεμίζετε. καὶ μάχεσθον, uerba idem duo signifi-  
 cantia non frustra posita esse, ut illa quoq;  
 βάσιν τὸν ὄλεθρον, καὶ βάσιν τὸν μόρον ταχέα  
 neq; εἰς τραπέλλιον, ut qdā putant, sed hortamen-  
 tum esse acre, imperatæq; celeritatis. Verba quoq; sibi  
 la M. Ciceronis in L. Pisōnem trigemina, etiam si di-  
 rae auris hominibus non placent: non uenustatem mo-  
 do numeris quæsiuere: sed figuram, simulationemq;  
 oris pluribus simul uocibus uerberauerūt. vultus  
 deniq; iquit totus, qui sermo qdam tacitus mentis est:  
 hic in fraudem homines impulit. hic eos, quibus erat  
 ignotus: decepit: fecellit: induxit. Quidigitur simile  
 est, inquit, apud eundem in præda, et manubij?  
 Nihil profecto istiusmodi. Nam neq; ornatus fit addi-  
 tis manu-

is manubij, neq; exaggeratius, modulatus ue. sed  
aliud omnino præda est, ut in libris rerum, uerbo-  
rumq; veterum scriptum est, aliud manubiæ. Nam  
præda dicatur corpora ipsa rerum, quæ capta sunt.  
manubiæ uero appellatae sunt pecunia à quæst. ex  
uenditione prædæ redacta. utrūq; ergo dixit M. Tul-  
lius cumulandæ iuidiæ gratia Xuiros ablatores,  
persecuturosq; prædam, quæ non dum esset uenun-  
data, & pecuniam, quæ ex uenditione prædæ perce-  
pita esset. Itaq; hæc inscriptio, quā uidetis: ex manu-  
bij, non res, corpora q; ipsa prædæ demonstrat (Ni-  
hil enim captum est horum à Traiano ex hostibus)  
sed facta esse hæc, comparataq; ex manubij, idest  
ex pecunia prædatitia declarat. Manubiæ enī sunt,  
sicuti iam dixi, non præda, sed pecunia per quæst.  
P.R.O. ex præda uedita cōtracta. Quod per quæst.  
autem dixi, intelligi nunc oportet præfectum æra-  
rio significari. Nam cura ærarij à quæst. ad præfec-  
trissimata est. Est tamen nonnusquam iuenire, ita scri-  
psi quosdam non ignobiles scriptores, ut aut tem-  
re, aut incuriosè prædam pro manubij, et manubias  
pro præda posuerint. Et tropicæ quadam figura mu-  
tationem vocabuli fecerunt. Quod facere concessum  
est, scite id, periteq; faciētibus. Sed enim qui proprie-  
tate signata locuti sunt: sicuti hoc in loco M. Tullius  
manubias pecuniam dixerunt.

Verba P. Nigidij, quibus dicit, in nomine Valeri  
in casu uocandi, primam syllabam acuendam esse:  
Item alia ex eiusdem uerbis ad rectam scripturā

Nigidij uerba sunt, ex commentarioru<sup>m</sup>  
maticorum. XXIIII. hominis in disciplina  
doctrinarum omnium praecelestis.  
inde inquit, uoculatio qui poterit seruari, si non fai-  
mus in nominibus, ut ualeri, utrum interrogandi,  
aut uocandi sint? Nam interrogandi secunda syllaba  
superiore tono est quā prima. Deinde nouissima dei-  
citur. At in casu uocandi summo tono est prima. De-  
de gradatim descendunt. Sic quidem P. Nigidius di-  
ci p̄cipit. Sed si quis nunc ualerium appellans, in  
casu uocandi secundum id praeceptum Nigidij au-  
rit primam: non aberit, quin rideatur. Summum au-  
tem tonum προσῳδίαν acutam dicit, & quem ac-  
centum nos dicimus: uoculationem appellat: et casu  
interrogandi eum dicit: quem nunc nos genitium  
dicimus. Id quoq; in eodem libro Nigidiano animad-  
uertimus. Si huius inquit, amici, uel huius magniscri-  
bas unum, i, facito extreum: si in uero hi magni, i  
amic ei casu multitudinis recto, tum ante, i, scribendi  
erit e. Atq; id ipsum facies in similibus. Item si huius  
terrei scribas, i, litera sit extrema: si huic terre per  
e scribendum est. Item mi qui scribit in casu inter-  
rogandi, uelut cum dicimus mi studiosus, per i, scri-  
bat non per e: ac cum mei, tum per e, & i, scri-  
bendum est, quia dandi casus est. Hæc nos authorita-  
te doctissimi hominis adducti, propter eos, qui harum  
quoq; rerum scientiam querunt: non prætermitten-  
da existimamus.

De uersibus, quos Virgilius sectatus uidetur Homeri, ac Parthenij.  
Caput XXVI.

Arthenij poetæ uersus est,

Ἄρθενος, οὐδὲ νύρη, οὐδὲ ἐναλίω μελιμέρτη

Eum uersum Virgilius æmulatus est.

Itaq; fecit duobus uocabulis uenuste immutatis pa-

rem,  
Glauso, & Panopeæ, & Inoo melicertæ.

Sed illi Homericu non sane rem parem, neq; similē  
fuit. Eſſe enim uidetur Homeri simplicior, & synce-

nior. Virgilij autem reuertitur opere, & quodam

quasi ferrumine missso fucatior.

τῷρον δ' ἀλφέω, τῷρον δὲ ποσειδάνων.

Taurum Neptunno, taurum tibi pulcher A pollo.

De sententia Panætij philosophi, quā scripsit in libro de officijs secundo: qua hortatur, ut homines ad  
auendas iniurias in omni loco itenti, paratiq; sint.

Caput XXVII.

Egebatur Panætij philosophi lib. de officijs  
secundus, ex tribus illis iclytis libris, quos  
M. Tullius magno cum studio, maximoq;  
opere æmulatus est. Ibi scriptum est, tum multa alia  
ad bonam frugem ducentia: tum uel maxime quod  
esse, herereq; in animo debet. Id autem est ad hanc  
ferme sententiam. Vita inquit, hominum, qui æta-  
tem in medio rerum agunt, ac sibi, suisq; esse usui uo-  
lunt: negotia, periculaq; ex improuiso adsidua,

A·G·E·L.

Et prope quotidiana fert. ad ea cauenda, atq; deci-  
nanda perinde esse oportet animo semper prompto,  
atq; intento: ut sunt athletarum, qui pancratia stan-  
cantur. Nam sicuti illi ad certandum vocati, projecti  
alte brachijs consistunt: caputq; et os suum manibus  
oppositis quasi nullo præmuniunt: membraq; eorum  
omnia, prius quam pugna mota est: aut ad uitandos.  
Stus cuncta sunt, aut ad faciēdos parata: ita animos  
atq; mens uiri prudentis aduersus vim, et petulan-  
tias iniuriarum omni in loco, atq; in tempore pre-  
ciens debet esse erecta, ardua, septa, solida, expedita,  
minquam conniuens, nusquam aciem suam fletem.  
Consilia, cogitationesq; contra fortunæ uerbera, qua-  
traq; insidias iniquorum, quasi brachia, et manus  
protendens, nequa in re, aduersa, et repentina inar-  
sio imparatis, improtectisq; nobis oboriantur.

Quod Quadrigarius cum multis mortalibus di-  
xit, an quid, et quantum differret, si dixisset cū mul-  
tis hominibus. Caput XXVIII.

Erba sunt Claudi⁹ Quadrigarij ex anna  
lium eius. XIII. Concione dimissa Meli-  
lus in capitolium uenit cum multis mortali-  
bus. Inde cum domum proficiunt tota ciuitas cum  
reduxit. Cum is liber, eaq; uerba M. Frontonini-  
bus ei, ac plerisq; alijs assidentibus legerentur: et cui  
dam, haud sane uiro indocto, uideretur multis mortali-  
bus, pro hominibus multis in epte, frigideq; in hispo-  
ria, nimisq; id poetice dixisse: Tu Frontilli, cui hu-

nidebatur, An tu inquit aliarum homo rerum iudicis elegantissimi, mortalibus multis ineptum tibi uideri, et frigidum dicis? Nil autem arbitrare causæ fuisse: quod uir modestus, atque puri, et prope quotidiani sermonis mortalibus maluit, quam hominibus dicere? Eandemque credis futuram fuisse multitudinis demonstrationem, si cum multis hominibus, ac non cum multis mortalibus diceret? Ego quidem inquit, sic existimo: nisi me scriptoris istius, omnisque antiquæ orationis amor, atque ueneratio cœco esse iudicio faciat: longe, lateque esse amplius, prolixius, fusi us in signis etiā totius propè ciuitatis multitudine mortales quā homines dixisse. Namque multorum hominum appellatio intra modicum quoque numerum cohiberi, atque includi potest. Multi autem mortales nescio quo pacto, et quodam sensu inenarrabili omne ferè genus, quod in ciuitate est, et ordinum, et ætatum, et sexus comprehendunt. Quod scilicet Quadrigarius ita (ut res erat) ingentem, atque promiscuam multitudinem uolens ostendere, cum multis mortalibus Metellum in capitolium uenisse dixit εὐφατινώτερον, quā si cum multis hominibus dixisset. Ea nos oīa, quæ Fronto dixit, cum ita ut par erat, non adprobantes tantum, sed admirantes quoque audiremus: Videte tamen inquit, ne eximis semper, atque in omni loco mortales multos, pro multis hoībus dicendum. Ne plane fiat græcum illud de varronis Satyra prouerbiū, τὸν ἐπὶ τῷ φανῷ μύρον. Hoc iudicium Frontonis etiā in paruis, minus tamen uocabulis, non prætermittendū putauit, ne nos forsū fugeret, lateretque subtilior, huiuscmodi uerborum

A. GEL.

consyderatio.

Nō hactenus esse faciē, qua milgo dicitur. ca. XXIX

- Nimaduertere est pleraq; uerborū latinorū  
ex ea significatione, in qua nata sunt: deo-  
fisse: uel in aliā lōge, uel in proximā, eamq;  
decessionē factam esse consuetudine, et inscrita tem-  
re dicentiū, quae cuiusmodi sint: nō didicerint. Sicut  
qdā faciem esse hominis putant, os tantū, et oculi,  
et genas, quod græci πρόσωπον dicunt. Quando-  
cies sit forma ois, et modus, et factura quædā corpo-  
ris totius à faciēdo dicta, ut ab aspectu sp̄es, et à fa-  
gēdo figura. Itaq; Pacuius in tragœdia, quæ Nipus  
inscribitur: faciē dixit hominis pro cor p̄s lōgitudine.  
A etate inq; integrā, feroci ingenio, facie proceravirū.  
Non solum autem in hominum corporibus, sed etiam  
rerum cuiusq; modi aliarum facies dicitur. Nā man-  
tis, et cœli, et maris facies, si tempestive dicatur, probe  
dicitur. Sallustij uerba sunt ex historia secunda. Sa-  
dinia in Africā mari, facie uestigii humaniū orīem,  
q; in occidentem latior prominet. Ecce autem id quoque  
in mētem uenit: q; etiam Plautus in penulo, faciem pri-  
totius corporis, colorisq; habitu dixit.  
Verba Plauti hæc sunt,  
Sed earum nutrix, qua sit facie mihi expedi.  
Statura non magna corpore aquilost.  
Ipsast specie uenustra ore, atq; oculis pernigris.  
formam qdem hercle uerbis depinxit probe. Prat-  
rea memini Quadrigarium in XIX. faaem pro-  
tura, totiusq; corporis figura dixisse.



Quid sit in satyra M. Varrois caninum prandiū.

Caput XXX.

Audabat uenitibatq; se mi per quispiam  
in libraria sedens, homo inepte glorioſus,  
tanq; unus eſſet ſub omni cœlo satyrarum  
M. Varrois enarrator, quas partim cynicas, alij me-  
nippæas appellant: et iaciebat inde quædam non ad  
modū difficultia, ad quæ coniuncta adſpirare poſſe ne-  
minem dicebat. Tum forte eum ego librum ex iſdē  
satyriſ ferebam, qui uero pūav inscriptus eſt. Pro-  
prieſ igitur acceſſi, & noſti in qua magiſter uerbi  
illud ſalicit uetus? Egregiam Musicam, quæ ſit ab-  
ſondita, eam eſſe nulli rei. Oro ergo te legas hos uer-  
biſ pauculos, et prouerbij iſtius, quod in hiſ uerbiſ  
eſtentias dicā mihi. Lege inquit, tu mihi potius,  
que non intelligis, ut ea tibi ego enarrem. Quonā  
mo pacto legere ego poſſum, quæ non adsequor? In-  
diſtincti nanq; fient, & confusa, quæ legero: & tuā  
quoq; impedit intentionē. Tunc alijs etiam, q; ibi  
aderant, compluribus idē compabantibus, deſyderi-  
biſq; accepit à me libru ueterē fidei ſpectatæ lu-  
cile ſcriptum. Accipit aut̄ inconstantissimo multu, et  
moftiſſimo. Sed qd deinde dicam? Non audeo hercle  
poſtulare, ut id credatur mihi. Pueri in ludo rudes,  
ſieum libru accepiffent: non iij magis in legēdo deridi-  
ali fuiffent. Ita et eſtentias intercedebat: & uerba  
corrumpere pronuntiabat. Reddit igitur mihi libru mul-  
tiſ iā ridētibus. Et uides inqt, oculos meos ægros, adſi-  
duiſq; lucubrationibus propè iā pditos? Vix ipſos li-

A. GEL.

terarum apices potui comprehendere. Cum ualebo  
oculis reuise ad me, et librum istum tibi totum legi.  
Recte inquam sit oculus magister tuis. Sed in quo ille  
nihil opus est id rogo te, dicas mihi. Caninum pran-  
dium in hoc loco, quem legisti, quid significat? Atq;  
ille egregius nebulo, quasi difficulti quæstione perin-  
ritus exurgit statim: Et abiens non inquit, parvam rem  
quæris: Talia ego gratis non doceo. Eius autem lo-  
• in quo id proverbiū est: uerba hæc sunt: non ui-  
• des apud Mnestheum scribi, tria genera esse uini:  
• grum, album, medium. Quod uocant uī p̄por g-  
• luum, & nouum, uetus, medium, & efficeremori-  
• uires, album urinam, medium nētiv. Nouum refi-  
• gerare, uetus calefacere, medium uero esse prandiu-  
• m caninum. Quid significet prandium caninum, ren-  
• leuiculam diu, & anxiæ quæsiuimus. Prandium du-  
tem abstemium, in quo nihil uini potatur: caninum  
dicitur: quoniam canis uino caret. Cum igitur medi-  
uinum appellasset, quod neq; nouum esset, neq; ui-  
tus: & plerunq; homines ita loquantur, ut omne ui-  
num, aut nouum esse dicant, aut uetus: nullam uinum  
habere significauit, neq; noui, neq; ueteris, quod me-  
diū esset. Idcirco pro uino non habendum, q; neq;  
refrigeraret, neq; calefaceret, refrigerare id dicit, q;  
græce dicitur ἀνατύπωσις.



IVLI GELLI NOCTIVM ATTICA  
RVM COMMENTARII.

LIBER XIX.

Dissertatio Phauorini philosophi aduersus eos, qui chaldae appellantur, et ex cœtu, motibusq; syderū, et stellarum facta se hominum dicturos pollicentur.

Caput primum.

Duer sum istos, qui se se chaldaeos, seu genethliacos appellant, ac de motu, deq; positu stellarum dicere posse, quæ futura sunt: profidentur: audiuimus quondam Phæ uorium philosophū Romæ græ & differentē egregia, atq; illustri oratione, exercendi ne, aut ostendendi gratia ingenij, an quod ita serio, indicatoq; existimaret: non habeo dicere. Capita autem locorum, argumentorumq; quibus usus est, quo adeius meminisse potui: egressus ibi ex auditione propere annotavi. Ea q; fuerunt ad hanc fermè sententiam. Disciplinam istam Chaldaeorum tantæ uenustatis non esse, quantæ uideri uolunt. Neq; eos primi apes eius, authoresq; esse, quos ipsi ferant: sed id praesigiarum, atq; officiarum genus commentos esse homines æruscatores, &c cibum, quæstumq; ex mendacijs aptantes: atq; eos, quoniam uiderent terrena quædā inter homines sita: coelestium rerum sensu, atque ductu moueri: quale est, quod oceanus, quasi lunæ co

